



1.  
1.

2.

3.

4.

5.

170

1.

28 10

34 17  
=

6



1702.

1. Bierling, Fridericus Wilhelmus: De causis: cur nonnulli  
eruditi nihil in lucem emisserint?.
2. Kestnerus, Henr. Er.: De jure humaniore Codicis.
3. Kestner, Henr. Ern.: De summis in imperio Romano  
Germanico personis earumque officiis et jurebus.
4. Kestner, Henr.: De pietate in jure
5. Coelenius, Henr. Ern.: De jure singulari

1703.

1. Kestner, Henr. Ernest.: De lana Caprina.  
opus. l. 70 § 9 ff. de leg. 3.
- 2<sup>o</sup> = Ludewigius, Conradus: De eo, quod iustum est  
circa consensum minoris partis, et non tenetur  
stare majori, nec majori minori praesudicare  
valeat. 2 Exempl. 1703: 1743.
- 3<sup>o</sup> = Gollus, Hermannus: Thema: quod simpliciter reus,  
penitentiae negotium ad prolii restitutionem agi  
possit? 2 Exempl. 1703: 1744.

1704.

1. Kestnerus, Henr Ern: De secretis juventutis
- 2<sup>a</sup> = Kestnerus, Henr Ernest: De jure commagii

1705

1. Kestnerus, Henr Ern: Mixtura Thesium controvers.  
sacrum . . .
- 2 Kestner, Henr. Ernest: In Romanum, de peticione jure  
salutario aut provinciali, non esse attenken duri  
in casibus, ubi aut rationi aut aequitati repugnat.
3. Zeltius, Hermannus: De cura reservatio

1706

1. Engelbrecht, Johann Wilhelm: De jure poenarum  
capitalium in homicidio doloso.
- 2<sup>a</sup> = Kestner, Henr Ernest: De juris prudentia regis  
Juridis in poenae XV.
3. Kestnerus, Henricus Ernestus: De testamentis personarum  
Illustrium.



1709.

1. Kestner, Henr. Dom: Omne jus esse jus reale.
2. Kestner, Henr. Dom: Immortales jus. Inus, extrinsecus  
Casum practicum cum rationibus extrinsecis et seci-  
dendi.
3. Kestner, Henr. Dom: De novis quibusdam circa  
materiam de pactis
4. Linderkingius, Casar: De juramentis nullis.
5. Zollner, Hermann: De quibusdam intellecta legis  
ff de hered. vel. act. vend. contra communem  
interpretationem et sententiam: quasi ven. Dtor  
nominis tantum verum non bonum nomen praestare  
solenatur.
6. Zollner, Hermann: De proce circa praestatione  
rei debitorae.



*[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]*













4

*Disputatio Solennis*

DE

1702, 5

**J U R E  
S I N G U L A R I,**

QUAM

Annuente Summo Numine,

EX AUCTORITATE ET DECRETO AMPLISSIMI

CTORUM ORDINIS,

IN ACADEMIA ERNESTINA HASSO.

SCHAUMBURGICA, Quae est RINTHELII ad Visurgim.

P R Æ S I D E

DN. HENR. ERN. KESTNERO,

J. U. D. ejusdemque Professore Ordinario,

**PRO LICENTIA**

SUMMOS in utroque JURE HONORES, immunitates ac

PRIVILEGIA DOCTORALIA rite capeffendi,

PUBLICO MAGNIFICI SENATUS ACADEMICI

*Examini submittit*

**REINHARDUS GOELENIUS,**

Rintheliensis,

Ad diem 26. Maji An. 1072.

*Loco temporeque consueto.*

R I N T H E L I I,

Typis HERMANNI AUGUSTINI ENAX, Acad. Typogr.



P. 318





Caput I.  
De Jure Singulari in genere.

CONSPECTUS.

- §. I. De Jure Civili.
- §. II. De Jure Naturæ.
- §. III. De Jure Gentium.
- §. IV. Scopus nostræ disput.
- §. V. Quid Jus.
- §. VI. Quomodo Jus sumatur.
- §. VII. Quid denotet verbum singularis.
- §. VIII. Definitio Juris Singularis.
- §. IX. Quomodo differant Jus privatam & Jus singularis.

§. I.



Us quo utimur in nostro Imperio, vulgò Jus Civile, quæ quæ certis nitatur principiis, incerta tamen sunt per multa, quæ hodie secundum illud deciduntur, ac ante tot secula decisa sunt; nam quando paululum innumeros auctores pro & contra disputantes inspicimus, eorumque volumina immensa evolvimus, videmus sanè, quomodo se invicem torqueant, certum equidem est, quod Doctorum & Interpretum Commentarii, distinctionum, interpretationum, & monstrorum sæpe opinionum involucri Jurisprudentiam nostram in parte  
ejus



ejus haud exigua adeò laecerant, ut neque principium neque exitum veritatis invenias; sed in tanta traditionum diversitate, incertus saepe hæreas *Oldenb. de Jure & Equit. lib. 3. p. 22.* profecto illa, quæ de communi Doctorum opinione Interpretes passim disputant, adeo lubrica & incerta, imò invicem pugnantia sunt, ut opinio opinioni, sententia sententia contraria sit, prout de Camera Imp. & parlamento Gallia testatur *Menoebius lib. 21. p. 71.*

§. II. Eundem DD. conflictum in Jure Naturæ advertimus, dum alii genuinum ejus fundamentum ex societatis custodia, alii ex socialitate, alii ex mutuo metu, alii ex præceptis Noachicis, alii ex sola utilitate, alii ex cultu Divino, alii ex mutua benevolentia, alii ex ordine petunt atque decidunt, at verò si vera fateri fas est, non aliud fundamentum sanctissimæ hujus disciplinæ quæri potest, quàm ex voluntate creatoris circa actus morales. *vid. Dni Presidii disp. Jur. Gen. 1. de Principio Juris Nat. §. 6.* nunquam enim lex aliqua absque superiore vel dici vel fingi potest, quod ex collatione omnium legum humanarum patet, eleganter *Cic. lib. 1. de LL. cap. 29.* ait: Jus quod nobiscum natum est, non ab hominibus excogitatum; sed ejus Deus est inventor, disceptator, lator, lex hæc non in chartis aut columnis scripta; sed corrumpi nescia, & ab immortalis natura insculpta in immortalis intellectu, *bene Sophocles ait,* Jus Nat. leges esse, quæ cœlitus datæ sunt, quarum solus Deus pater, neque eas mortalis hominum natura peperit.

§. III. De Jure Gentium vero ac proprie dicto, quod DD. secundarium vocant, ac sub eo varias negotiorum formas comprehendunt, non minor est concertatio, siquidem ipsam ejus existentiam impugnant viri summi, veluti *Lynkerus, Pufendorffius, Thomasius,* aliique, qui hos ut plurimum sequuntur, aut meo judicio frustra, etsi enim ejus obligatio à solo rectæ rationis dictamine, uti *Hugo du Roi, ac Felmannus* sustinent, non dependeat, neque ex contextu

rerumpublicarum, aut sanctimonia imperantium uti *Hob-*  
*nins* vult, descendat, aut gentium expresso suffragio desti-  
 tuatur, tamen nititur earum voluntate tacita, quam senten-  
 tiam non sine ratione tenet *Seldenus de Fur. Nat. lib. 6. c. 1.*  
 Hoc autem gentium jus non unius generis, sed aliud uni-  
 versale; aliud particulare est, quod pluribus exemplis de  
 telis venenatis, de stupris, de captivitate, de destructione  
 templorum in populis unius religionis, abunde ostendit  
*Grotius*, quin nec perpetuum, aliud enim est antiquum,  
 aliud recentius, *Conf. Rachelium diss. de Fur. Gent. §. 16. & 85.*  
*Hahn. ad Wesenb. tit. 1. ff. de F. & F.*

§. IV. In tanta itaque communium jurium incerti-  
 tudine argumentum quoddam certius de Jure nimirum sin-  
 gulari pro inaugurali disputatione eligere malui; antequam  
 vero ad specialia hujus juris me conferam, videndum prius  
 quid in genere sit Jus, quam varie id sumatur, quid denotet  
 verbum singulare, quid sit Jus singulare; & denique quo-  
 modo differant Jus privatum & Jus Singulare.

§. V. Jus in genere non uno describitur modo.  
*Grotius* id definit per regulam obligantem ad id quod rectum  
 est. *Cicero* inquit Jus esse orationem seu propositionem  
 quendam solennem atque formalem vim cogendi habentem.  
*Struvius* autem noster in *jurispr. For. t. 2. §. 1.* Id haud inconcinne  
 describit per principium a superiori praescriptum, secundum  
 quod actiones hominum instituendae; Cum in adjudicandis  
 causis semper eo veluti ad primum principium sit recurrendum.  
*Jctus* *Celsus* vero id improprie artem boni & aequi in *l. 1. §. 1.*  
*ff. de jus t. & j.* nuncupat, cum aliud sit Jus ipsum, aliud ejus  
 ars seu scientia, rectius igitur ab Interpretibus haec definitio  
 ipsi jurisprudentiae unanimiter tribuitur.

§. VI. Quam varie autem jus sumatur, partim  
 constat *ex l. penult. & ult. ff. de just. & jure*, quibus addo,  
 (1.) Jus potestatem denotare, hinc quaedam personae sui  
 juris sunt, quaedam alieni dicuntur, i. e. aliena potestatis,  
 suae

suæ potestatis, alienæ potestati subesse & non subesse. *l. 5. ff. de adop. l. 21. ff. ad leg. Jul. de adult.* (2.) Jus Legem indicare à jussu dictum per apocopen, quia proprie nihil aliud est quam quod natura sequi aut vetari jubet. Hic notandum, quod Lex vulgo appellerur Jus, quicquid gens aut populus vel consuetudo jubet; Sed juris vocabulum generale est, legis speciale, Jus ad scripta non pertinet, lex ad scriptum. (3.) Jus indigitare facultatem, ut in definitione usufructus & similibus, item pro rei alicujus qualitate sumi, servitutes enim jura prædiorum appellantur *l. 86. de verb. signif. l. 1. in fin. ff. de rerum divis.* Inter quæ omnia nil tam inconveniens est, quam quod *d. l. penult.* locus quoque judicii pro jure sumatur, Siquidem in sensu Juris Romani ne quidem Jus ac Judicium conveniunt *vid. l. 12. ff. de interrog. in jure fac. & Cic. lib. 1. de orat.* In jure aliquid fit apud magistratum, in judicio vero apud judicem datum *l. 1. §. 1. ff. de poss.*

§. VII. Vox Singularis quoque diversimode tam in sensu vulgari, quam juridico accipitur: Sic beneficium, Singulare, Singularem nequitia homo gar *voss* / In hoc vel illo studio Singularis aliquis dicitur, hinc singularis potentia est monarchia, Singularis rerum conditor, Deus. Latinarum recentioribus singularis dicitur is, qui est morosa superbia, & minime communis, quemadmodum & nos dicimus *Er ist gar singular.* Conf. *Fab. in Lex. sub. voc. sing.* Ulpianus singularem personam pronuncia dicit *l. 9. §. animadvertendum ff. quod metus causa.* Singulariter scriptum edictum quod unitatis numero scriptum est. *l. 1. C. de offic. pref. Præf. & §. item & Singulares tunicæ pro singulis in l. 38. ff. de aur. arg. Leg.* habentur.

§. VIII. Est igitur ut propius accedamus ad argumentum quod explanandum duxi, Jus Singulare, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate confluentium introductum est *l. 16. ff. de LL. l. 44. §. 1. ff. de acq. poss. l. 44. §. nondum ff. de usucap.* Ubi Dd. communiter quidem per ratio-

Hor  
 desti  
 nten  
 c. 12  
 uni  
 lis de  
 lione  
 endit  
 rum,  
 & 85.  
 certi  
 a sin  
 quam  
 prius  
 motet  
 quo  
 modo.  
 dum  
 nem  
 tem.  
 cine  
 dum  
 andis  
 endü.  
 §. 1.  
 ejus  
 nitio  
 artim  
 ddo,  
 e sui  
 atis,  
 suæ

rationem intelligunt tantum civilem, ego autem id in genere de quavis ratione etiam naturali accipio, utpote quæ utilitati publicæ cedere debet, igitur quod tum illi deest, id per hanc suppletur, quapropter eo refero non solum in genere privilegia, indulta, dispensationes, beneficia, monopolia; sed quoque alia jura ex mere publica ratione alicubi constituta atque recepta.

§. IX. Ne quis tamen existimet jus privatum & jus Singulare non differre: Quia utrumque ad privatos pertinet, subjungenda est differentia, quæ in eo consistit, quod jus privatum ad singulorum utilitatem pertineat in genere §. ult. I. de just. & jure, Jus vero singulare ad singulos referatur in specie, nempe ad unum corpus, aut ad unum saltem hominem, vel ad unam causam prout ex publica utilitate in his aliisque speciebus singulare quid contra tenorem juris constitutum advertimus.

## Caput II. De Jure Singulari in specie.

### CONSPECTUS.

- |   |  |
|---|--|
| §. I. Vocab. privum & quid privilegium sit.   | §. VI. Privil. S. Cti Maced.           |
| §. II. Quibus dentur privilegia, recensentur variae species juris singularis corpori juris inserta. | §. VII. Exceptiones.                   |
| §. III. Privil. S. Cti Vellej.  | §. VIII. Benef. rest. in integ.        |
| §. IV. & V. An huic priv. renunciari possit: subjunguntur exceptiones.                              | §. IX. Priv. fidejussorum.             |
|   | §. X. Illustr. Personarum.             |
|   | §. XI. Egregiarum, & valetudinariorum. |
|   | §. XII. De Jure Dotium.                |
|   | §. XIII. De Jure piarum causarum.      |
|   | §. XIV.                                |





§. XIV. *Priv. Legatorum.*

§. XV. *Miserabil. Person.*

§. XVI. *Creditorum.*

§. XVII. *Prof. bonarum literarum.*

§. XVIII. *Militum & Veteranorum.*

§. XIX. *De Monopoliis.*

§. XX. *Quanam species causam habeant positam in natura.*

§. XXI. *Sequntur species Juris Singularis Corp. Juris non inserta.*

§. XXII. *Nonnulla jura Frisiorum.*

§. I.

**C**ognito sic in antecedentibus Jure hocce Singulari in genere, ejus speciebus nunc merito manus admovenda est, non quidem omnibus; sed solum plerisque, ubi occurrunt primo privilegia, quæ præcipuam Juris Singularis partem constituunt, siquidem vox privilegii, originem trahit à vocabulo privum, proprium quid, peculiare, & Singulare denotante. Privilegium autem est lex Singularis in usum privatorum condita, & exceptio seu privatio à communi lege, vel secundum definitionem Juris Singularis occasione legis 16. ff. de LL. privilegium dici potest, quod contra communem civilium ordinationum tenorem propter aliquam utilitatem publicam auctoritate constituentium introductum est. unde apparet primo, quod privilegia contra utilitatem publicam militantia, non magis sint privilegia, quam tyrannis lex est, ut Cicero differens de legibus probat: Secundo constat justa privilegia non privare legem, sed potius supplere in ea parte, ad quam regula communis porrigi non potest.

§. II. Privilegia vel unum tantum seu certæ personæ cuidam, vel etiam pluribus ejusdem generis, vel civitati vel corpori subordinato uti denu Zünstern / Nemptern oder Gilden / imò certæ provinciæ conceduntur; cum vero hæc ipsa de privilegiis materia quatenus nimirum ea in genere consideratur per tot tractatus exposita sit, ea potius pri-

privilegiorum genera, quæ singulare aliquid involvunt, tractaturus sum, sufficereque, si in tanta privilegiorum multitudine potiora saltem delibem, inter hæc refero Privilegium Sæcti Vellej, Maced, Restit, in integrum, Privilegia Fidej, Illustrium personarum, Egregiarum personarum, & illarum, quæ valetudine impediuntur, De Jure Dotium, Piarum causarum, De Jure revocandi domum. Miserabilium personarum, Creditorum, Professorum bonarum literarum, Militum, Veteranorum; sed & hæc ipsa privilegia plenius planiusque describere velle disputationis mensuram omnino excederet, quare sufficere, si prima saltem ejusvis privilegii rudimenta exposuero, arbitraria in his omnibus methodo pro philosophandi libertate usus. Caterum non obstat, privilegia singulorum nomine venire; quia integræ civitates & collegia, uti dictum, membra majoris aut latius patentis sunt Republicæ collectivè sumptæ, adeoque inter singulares personas optimè referuntur.

§. III. Prima ferè purissimaque Juris Naturalis præcepta sancte humano generi inculcant, ut, si fidem dedimus, eandem omni ratione servemus, pulchre ait *Jetus in l. 1. ff. de pact.* nihil esse tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ inter eos placuerunt, servare, quæ sententia in *l. 1. ff. de const. pec.* repetitur, quando ibidem dicitur, grave esse geminam fidem fallere, ab hac regula tanquam singulare aliquid recedit notissimum illud Sæcti Vellejani beneficium, quo sceminis pro aliis intercedentibus auxilium præstatur, ne exinde efficaciter conveniantur. Causam ejus rei in eo collocant, quod cum sceminæ ob sexus imbecillitatem & inconsideratam facilitatem *l. 1. pr. ff. de minor. l. 4. in f. C. de spons. l. un. §. 15. C. de R. V.* ad officia civilia & virilia, in quibus sola opera versatur, non admittantur, æquum videretur, ob eandem causam constituere, ne efficaciter pro aliis intercederent; cum hoc quoque quodammodo sit virile; & in eo simul periculum rei familiaris versetur *l. 1.*



§ 1. l. 2. §. 1. ff. de SC. Vellej. Quicquid ejus rei sit, nos tum  
sexus imbecillitatem, tum quod foemina in futuris, quale  
hoc intercessionis negotium est, non adeo sibi suisque rebus  
consultat, verum ejus rei fundamentum esse, illudque contra  
dissentientes defendi posse arbitramur. Ad hanc interces-  
sionem ejusque validitatem requiritur, ut mulier se obliget  
in futurum, ut praeter mulierem alius sit debitor pro quo  
promittat, alius cui promittat l. 8. §. 1. l. 19. ff. l. 6. C. ad Sc.  
Vellej. ut creditor sciat eam intercedere l. 11. ff. d. t. Hoc  
tanquam Singulare quid addo, mulierem de Jure Romano  
pro alio sese non posse obligare, nisi eo nomine publi-  
cum instrumentum tribus testibus subscriptum fuerit con-  
fectum, quando autem aliquis extra hanc observantiam  
mulierem intercedentem accepit, tunc obligatio & hujus-  
modi instrumentum pro nihilo habetur l. 23. §. ult. C. ad  
Sc. Vellej.

§. IV. Possent esse nonnulli, qui negarent, favori  
pro Muliere introducto renunciari posse: Quia Senatus con-  
sultum respiciat fragilitatem mulierum l. 2. §. verba itaque  
ff. ad Scrum Vellej. & si posset renunciare, magis laederetur  
in renunciando per suam fragilitatem, & sic per conse-  
quens nulla esset exceptionis utilitas futura, imo si mulieres  
facile intercederent, quanto faciliores favori suo renuncia-  
rent? Sed regulariter quidem vi Juris quod publica &  
certa quaedam providentia constitutum est, mulier beneficio  
Soci Vellej. renunciare non potest, interim tamen optime  
vi consuetudinis receptae propter certas quasdam circum-  
stantias favori suo renunciat l. si quis in conscribendo C. de  
pactis. Exempl. gratia renunciatio valet (1.) quando facta  
in judicio & certo respectu extra judicium vid. §. anteced.  
hult §. si mulier pro coff. eodem tit. (2.) Si Juris auctoritate  
renunciatum fuit, nempe, quando Mater aut avia suscepto  
tutela officio juxta novam constitutionem privilegiis sibi

B

com-

competentibus renunciant. *Nov. de hered. ab intestato §. ex his.*  
 (3.) Si per renovationem contractus post biennium renun-  
 ciaverit foemina *l. si Mulier perfecta aetatis C. eodem tit.* (4.)  
 Quando Mulier intercessit pro pecunia, quæ propter li-  
 bertatem data est. *l. veterum C. ad Senatusc. Vellej.* (5.)  
 Mulieri pro dote intercedenti non subvenitur *l. si dotare*  
*C. eodem tit.* (6.) Frustra mulier opponit exceptionem,  
 quando pecunia est soluta ab eo, pro quo intercessit  
*l. si Mulier contra Senatuc. consultum in princ. ff. h. t.* (7.)  
 Quando mulier pro alio solvit sine intercessione, ratio quia  
 Sctum pertinet solum ad intercessionem. *l. quamvis C. ad*  
*Scrum Vellej. l. quamvis. §. plane mulier juncta l. sed si ego in*  
*fin. C. eodem tit.* (8.) Mulier exceptione Scti Vellej, si pec-  
 uniam, quam accepit in suos usus, alii dederit, non defen-  
 ditur, licet intercedendi animum ab initio habuerit, tamen  
 hoc beneficio Scti Vellej. illi non succurritur; Quia credi-  
 tor quid Mulier esset actura cum illa pecunia, verisimiliter  
 ignorare potuit; Verum hæc exceptio tunc generaliter  
 obtinet, cum creditor sciverit vel scire debuerit, mulie-  
 rem pro alio intercedere, imputet enim sibi, qui contra  
 mentem Scti admiserit mulierem ad intercessionem *l. si*  
*mulier tanquam in usus, cum l. seq. & l. sed si ego in fin. ff. ad*  
*Sctum Vellej.* (9.) Mulier non opponit exceptionem, si illi  
 pro quo intercessit, successit, *l. quamvis §. si mulier ff. eodena*  
 (10.) Cessat hoc beneficium, quando pro alio non inter-  
 cedit, sed pro se contrahit. *l. si adversarius in princ. C. eod.*  
*tit.* alioquin nemo cum mulieribus contraheret *l. si mulier*  
*tanquam in usus ff. h. t.* nisi legi fiat fraus, ut res colorem habeat,  
 quasi cum ipsa muliere interveniente contraherent  
*l. quamvis §. si cum essem ff. eodem tit.* (11.) Mulier loco  
 pretii pro sua intercessione aliquid accipiens tenetur cum  
 effectu *l. antique in princ. C. eod. tit.* (12.) Mulier quæ dolo  
 malo, dum scit se posse defendi Scto Vellej., animo deci-  
 piendi



piendi intercedit, non gaudet exceptione Scti Vellej. l. ff. decipiendi in princ. ff. eodem tit. non enim calliditas sed infirmitas potius mulierum auxilium habet l. 2. verba itaque ff. eod. tit. (13.) Dicant DD. Mulierem perfectæ ætatis non juvari, si post biennium intercessionis suæ iterum intercesserit in eadem causa, ratio, quia interim satis liberari poterat, repetita enim intercessione non tam pro alio intercedit, quàm propriam causam agit l. si mulier C. eod. tit. etiam, quod verum putamus si Mulier intra biennium intercessionem repetierit (14.) Denique non juvatur Mulier in rem propriam intercedens, nempe si hæreditatem, in qua æs alienum, quod in se transferibit, emat, i. e. pro creditoribus hæreditariis alicui fidem facit, hoc enim casu nullû ejus subest detrimentum, eadem hic quoque ratio est, quando Mulier pro suo fidejussore vicissim fidejubet l. aliquando in princ. ff. eod. tit.

§. V. Non est ignorandum, etiam si Mulier non ipsa fidejusserit, sed fidejussori potius, ut pro aliquo promitteret, mandaverit, fidejussorem habere hoc beneficium excipiendi, testante Ulpiano in l. si fidejussores pro defensore ff. ad Sctum Vellej. l. si uxor. C. eodem tit. Sed hoc limitationem patitur eo, casu, quo creditor qui intercessorem recepit, ignoravit, hoc factum esse rogatu mulieris, recte itaque creditor adversus exceptionem intercessoris de dolo replicat per l. si fidejussores ad fin. & l. ult. §. si mulier ff. eod. tit. Præterea hæc defensio non tantum Mulieri, verum etiam hæreditibus ejus competit, quia hæc privilegia quæ personis donata sunt, non statim cum personis exlinguuntur, imo hoc beneficium Vellejanum habet rei persequutionem. l. hæredes quoque C. eodem tit.

§. VI. Regula juris communissima est, mutuum, quod ex meo tuum facit, esse restituendum, contra hanc vero pugnat & Singulare quid inducit Senatusconsultum Macedonianum, quo cavetur, ne creditoribus, qui filiis fam. mutuum dederunt pecuniam, efficax actio detur l. 1.





§ 9. *S. p. de Sc. Maced. l. 40. ff. de condit. indeb.* nomen hoc accepit non à Macedone adolescente, sed ab improbo ejusdem nominis sceneratore, qui pecuniam incertis nominibus filiosam. credere solebat, atque sæpe materiam peccandi malis moribus præstabat: Intentio adeo Scti fuit, ne filiosam. pro lubitu pecuniam ad luxum sibi quærant, & ne filii hoc ipso insidiarentur bonis parentis, ab ingenti, quo obstricti erant, onere semet liberaturi; Justissimo inde odio digni erant, qui mutuatitia pecunia filiosam. invitabant ad luxuriam, & publicam corrumpabant disciplinam, eoque pertinet elegans textus *l. fin. §. 5. in fin. C. de bon. qua liber.* Ubi dicitur, melius est coarctero juveniles colores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium. In principum filiis hoc ipsum. Senatus consultum locum habere negat *Lauterbachius rit. de Sc. Maced. p. 249.* tutius tamen est, id dari, quod nulla lege ablatum, dubium esse poterat, quod principes legibus sint soluti, & possunt se submittere legibus, imo principum filii actu summam potestatem non habentes tanquam subditi habentur, & sic Juri Civili se submittere necessum habent, quin principum filii deterioris conditionis essent quam privati, si hoc ipsis denegari velit beneficium.

§. VII. Hæc Scti Maced. exceptio cessat (1.) Si pater ratum habuerit solvendo mutuum, vel si filiusfamilias paterfamilias factus, solverit partem, qui enim partem debiti fatetur totum debitum fatetur *l. sed Julianus cum duabus legibus seqq. Paulus in l. si tamen sciente h. r. ad Sc. Maced.* (2.) Si quis filium patremfamilias esse crediderit, quia paterfamilias plerisque videtur. *Ulpianus in l. 3. ff. ad Sctum Maced.* (3.) Cessat in aliis contractibus præter mutuum. (4.) Si pecunia in rem patris vel studiorum causa utiliter acceptata *l. sed Julianus. §. sed & filius. & §. proinde si acceperit ff. cod. rit.* (5.) Si filiusfamilias fidejusserit pro alio, nisi color forte qualitas sit, ut accepturus mutuum pecuniam fidejuberet, hæc



hæc fraus nocet creditori scienti Ulpianus *l. item si filiusfam. d. 1.* Quin semper frater hæc fit, quoties contra mentem & rationem Scti aliquid fit *l. 29. & 30. ff. de LL. mens Scti* est, ut filius accipiat pecuniam numeratam, ita, ut ipse suo arbitrio eâ uti, eamque consumere possit *l. 7. pr. d. t.* Cæterum filium fam. exceptioni Scti Maced. renunciare non posse, cum quilibet renunciare debeat Juri suo non videtur, approbat *l. 51. C. de Episcop. junct. l. 11. ff. de R. I.* Si quidem exceptio hujus Scti introducta est in favorem parentum, non filiorum fam. *§. penult. in fin. ff. quod cum eo qui in al. pot.* Et si jurato renunciaverit: etiam de Jure Canonico *cap. 58. de R. I. in 6to Zæsius ff. ad Sctum Maced. num. 28.* Nam quodcumque filiorum mores corrumpit turpe est, nulloque adeo juramento, quod vinculum iniquitatis esse non debet, corroborari potest.

§. VIII. Beneficium restitutionis in integrum causam positam habet in natura vid. Ulpianus *in l. 1. ff. de Minoribus*, notum enim est, Minorum consilium multis captivibus esse suppositum, multorumque insidiis expositum, ideoque prætor optime hoc benef. rest. in integrum in favorem Minorum introduxit, & Edicto suo horum tutelam suscepit. Hoc privilegio quoque gaudent Majores, qui vel per legitimam absentiam, vel per adversam valetudinem, cum sese defendere non possent, læsi sunt, & restituuntur in integrum, *per l. 1. ff. ex quibus causis Maj.* cessat hoc beneficium (1.) Si Minor sobrie rem suam administraverit, quamvis damno affectus fuerit (2.) Si usus fuerit Jure communi: Quia nullam sic potest allegare læsionem, secutus enim est id, quod jure facere debuit *l. ult. C. de in integ. rest. Minor. l. in eos fidej. §. cum inter ff. de fidej.* deceptus enim non videtur, qui jure communi utitur. (3.) In delictis atrocioribus, nam beneficia delinquentibus non dantur, Judex tamen ex consideratione ætatis minoris ad mediocrem poenam perducitur *l. auxilium ff. de Minoribus 25. annis.* (4.) Si negotium in-

mino-

ben hoc  
eo ejus  
nomini  
pec  
suis, ne  
, & ne  
quo ob  
de odio  
bant ad  
eoque  
ve liber  
cupidi  
per sum  
ipsum.  
ius sic  
d nulla  
legibus  
cipium  
m sub  
m ha-  
effent  
(1.) Si  
amilias  
em de-  
duabus  
(2.) Si  
amilias  
(3.)  
ecunia  
l sed  
d. rir.  
forte  
eret  
hæc





minore etate gestum Major factus expresse vel tacite ratum habuerit *l. 1. C. si Maj. factus ratih. l. ult. C. si Major factus alie rat. hab.* (5.) Si veniam etatis à principe impetraverit *l. 1. C. de his qui veniam etatis imp.* (6.) Si repulsus semel à petitione restitutionis fuerit, nisi forte nova causa supervenerit *l. 1. & l. 3. C. si sape in integrum rest.* (7.) Si se Majorem dolo dicat, *l. 2. C. si Min. se Maj. dix.* errantibus enim vel circumventis non vero fallentibus jura subveniunt; dolus autem Minoris in dubio non præsumitur, sed ab adversario probandus *l. 3. C. de rest. integ.* de aliis exceptionibus conferantur *Dd. ad tit. ff. de Minor.*

§. IX. Eorum, qui pro aliis promittendo intercedunt, multæ sunt differentia, sunt enim vel fidejussores, vel adpromissores, vel sponsores, vel mandatores, vel expromissores. Fidejussores seu adpromissores duo præcipua habent beneficia, à duobus Imperatoribus concessa, alterum per Epistolam Divi Adriani Imperatoris *XV. in §. si plures l. de fidej. in l. inter fidej. ff. eodem tit.* Alterum vero per novam constitutionem Justiniani cæsaris *in Nov. 4. §. si quis igitur* Primum beneficium est divisionis, quo inter plures fidejussores actio dividitur, secundum excussionis, quo debitor principalis prius quam fidejussor convenitur; accedit hisce duobus tertium beneficium nimiram cedendarum actionum, quo solutio differtur, donec actor omnes actiones in rem & confidejussores, cum accessionibus cesserit. Ordinis beneficium cessat (1.) Si reus absens & difficilis conventu sit *Nov. c. 1. v. si vero interest.* (2.) Si fidejussor non indemnitas specialiter renunciavit *Nov. 136. c. 1.* (3.) In causis summaris, & quoties mercator convenitur *d. Nov. 136. in præf. & c. 1.* (4.) In pœnam doli *l. 10. §. 1. b. l. 14. & auth. hoc ita C. de pign.* (5.) Si reus semper intelligitur esse solvendo *l. 2. §. f. de fund. dotal.* (6.) Cum reus executi non potest dici, *Nov. 4. c. 1. v. quid enim, vid. Dn. Præsidis Fasciculus Positionum ex Jure Pandectarum controverso*





pag. 95. th. 752. addita verba (sämtlich und sonderlich einer für alle und alle für einen) renunciationem beneficii divisionis non excussionis inducere persuasissimus sum dissent *Struvius* p. 1.3. C. de Fidej. Exerc. XLVII. p. 843. sed vid. *Dn. Heringium nobiscum sentientem* cap. 17. num. 53.

§. X. Sacrosancta justitiæ officina omnes homines facit quidem pares, interim tamen Romani, ne Majores & in Illustri dignitate constituti redigerentur passim in ordinem privatorum usque ad contentum, hanc temperamento quodam insigni restrinxerunt, certaque privilegia Illustrium, personis indulserunt, Exempl. grat. in criminalibus per procuratorem litigare possunt, cum id privatis passim non liceat l. 25. & seqq. aut hoc jus C. de procurat. Nov. 61. Porro non coguntur assidere cum magistratibus, quo loco ipsi judicant magistratus, aut ad stare tanquam litigatores, ne dignitates afficiantur contumelia, Principibus enim eminentia servatur; sic non licet appellare à Principe l. 1. pr. ff. à quibus appellare non licet, vel Senatu Romano *dist. l. 1. §. 2.* vel *Præf. Præf.* vel Procuratoribus sacri palatii l. 34. 37. C. appell. vel à Patriarcha l. 29. C. de Episcop. audient. vel à Judiciis à Summo Principe datis cum clausula remota appellationis *Conf. Dn. Pagenstecherum in rebus quotid. p. 280.* Quanta vero quamque Illustris hodiernorum in Imperio Rom. Germanico Principum, Comitum, Baronum, aliorumque Illustrium dignitas, potestas, autoritas, & eminentia sit, in eotota Juris Publici doctrina plenius occupata est.

§. XI. Quando Egregiarum Personarum, quæ sunt vel Majores magistratus, vel Doctores vel Licentiatii aliique, valetudinariorum, vel senum testimonium aut jusjurandum in judicio desideratur, oportet, ut eis formula aut testimonium ferendi aut jurandi domum mittatur, quo ibi coram Notario testimonium præsentent, nam hæ personæ propter publicam honestatem, quæ conditionibus harum in-

est,



est, & propter defectum virium ad Judicem venire non coguntur *l. ad personas ff. de Jurej.*; Sic & Mulieres honestæ hoc jus habent, non quòd egregiæ censeantur, sed quòd eas, etiamsi plebejæ sint, non deceat vagari, & cœtibus virorum immisceri *l. 2. §. si autem vel dignitas C. de Jurej. propter o. lammiam cap. Mulieres de Judic. lib. 6.* Valetudinarii autem illi sunt, qui gravi morbo laborant, nec possunt sine periculo domo egredi: juxta definitionem in *l. quæsitum ff. de re judic.* hic gravis morbus dicitur communis morbus fonticus, qui litigatoribus etiam invitis differt diem, rei que agenda impedimento est, nam si quis sanus alias ac robustus, tempore judicandi levisima febre correptus fuerit, aut si quis veterem quartanam habeat, ut in ea omnibus negotiis superesse soleat, poterit dici morbum fonticum non habere; sed Febrium tamen differentia est, sic Julianus in *l. quæsitum* ait: Litiganti porrò quid magis impedimento est quam motus corporis contra naturam, quem febrem appellant, igitur si rei judicanda tempore alter ex litigantibus febrem habuit, res non videtur judicanda. Præterea Pauperes ex honestiori familia, qui ob verecundiam in publicum prodire non possunt *l. si quis restium, de restibus*, imò & ii proprie Senes, qui Majores septuaginta annis *l. Majores ff. de Jure immunitatis*, huc numerandi erant; in civitate enim Romana Senes, valde venerabantur, Senibus Romani pene eundem honorem, quem Magistratibus tribuebant *l. semper in princip. ff. eod. tit.* Quærent Dd. num huic beneficio possit renunciari, illorum, qui hoc negant, argumenta sunt, hoc privilegium non tam privatis personis, quam publicæ honestati donatum esse, porro hoc beneficium non esse arbitrarium, utrum Judex velit an nolit ad egregias personas mittere jusjurandum, denique hujus privilegii necessariam esse causam jure probatam, eamque adeo non facile a Judice, nisi jura intervertere velit, negligendam esse; Sed *h.* respectu Judicis hoc privilegium quidem



quidem non esse arbitrarium, cum ipso jure constitutum, bene verò respectu ejus, pro quo est introductum, volenti enim non fit injuria, & quilibet favori pro se introducto renunciare potest *l. p. C. de pactis*, exceptio tamen hic erit, si per observantiam receptam aliud teneat.

§. XII. Ordo beneficiorum in §. 2. h. cap. memoratorum, postulat, ut nonnulla videamus de Jure dotium; notum satis est, quòd nuptiæ sine dote raro contrahantur, ideoque Jurisconsulti in favorem nuptiarum multa privilegia dotis constituerunt *l. i. ff. solut. mar. scil. (1.)* Mulier repetit dorem constante adhuc matrimonio, si maritus ad inopiam vergit, & alias res Mariti à detentoribus per hypothecariam actionem non minus, quam si matrimonium dissolutum esset, petit *l. ubi C. de Jure dotium, junct. l. in rebus C. eodem tit. (2.)* Etiam si nulla stipulatio pro reddenda dote intervenit, nihilominus tamen hæc de Jure intelligitur intervenisse, quod privilegiū dotis, cum actione de dote transit ad quemcunque successorem *l. i. C. de privilegiis dot. l. i. §. illo procul dubio C. de rei uxorie actione. (3.)* Mulier in tacita hypotheca præfertur omnibus creditoribus mariti quibus etiam tacite sunt obligata bona mariti, quamvis anteriorem hypothecam habeant. *l. assiduis C. qui potiores in pign. habend. (4.)* Dos vi patriæ potestatis vel pactionis soluto matrimonio ad patrem revertitur. *(5.)* Maritus dotem minucere non potest, nisi fortuita clade substantia patris interim diminuta fuerit, quam verò cladem ipse probare tenetur maritus *Nov. 97. §. quia verò. (6.)* Res pupillorum vendi non debent, si modo servari possint, in dotem vero vel donationem propter nuptias dari, aut etiam distrahi possunt, si vir non aliter matrimonium contrahere velit, nisi pecunia in dotem numerata *l. qua tutores §. præcipimus itaque C. de administ. tut. l. sive generalis §. dubitari autem ff. de Jure dot. Denique (7.)* hoc beneficium dotis ad quemcunque successorem transit, cum insit actioni de dote *l. i. §. & ut Plenus*

C

in



in fine C. de rei uxoria act. i. c. de privil. dot. l. 1. §. illa  
procul. dubio C. de rei uxoria act. Sic & bona Mulieris  
pro donatione propter nuptias, tacite marito & ejus  
vicissim bona, mulieri oppignorata sunt, quamvis etiam  
nihil hac de re dictum cautumque fuerit utrumque hy-  
potheca tacita vocatur. l. 1. §. eodem ut plenius C. de rei  
ux. act. Jus prælationis in dote non competit mulieri,  
quæ cum marito communem negotiationem exer-  
cens debita simul contraxit. Carpzov. part. 1. const. 28.  
defin. 83. item si in dote repetenda fuit negligens, & si sciens  
viro jam obarato nupserit, ratione dotis vero vidua  
præferenda est agnato, res expeditorias petenti uti testatur  
Carpzov. part. 1. const. 28. def. 70. & lib. 4. tit. 3. Resp. 23. num. 1.  
Hoc ipsum, quod ante dixi, prælationis privilegium mulieris  
ratione dotis concessum etiam in feudis, locum habet, si bona  
allodialia non sufficiant.

§. XIII. Sequitur Jus piarum causarum, quod in  
multis materiis plane singulare quid continet, nempe notum  
est (1.) Quod dominium rei Jure communi non nudis pa-  
ctis, sed traditionibus transferatur l. traditionibus C. de pactis,  
quod verò cessat in dominio acquirendo piarum causarum  
l. ult. C. de Sacros. Eccles. (2.) Donatio omnium bonorum  
præsentium & futurorum valet, si pio loco facta. Nov. 123.  
§. si quis & l. ult. C. de pactis. (3.) Mulieri in piam causam  
pro alio fidejudenti non subvenitur l. penult. C. ad Sctum  
Vellej. (4.) Fidejussor ex nudo pacto de Jure Civili non te-  
netur, nec inde oritur actio l. si tibi C. de locat. cond. Quod  
cessat si in piam causam pollicitus est l. ult. C. ad Sctum Vellej.  
(5.) Pacta futurae successionis quæ tristissimi & periculosi  
eventus sunt, vivente & ignorante eo, de cujus hereditate  
tractatur, non valent l. ultima C. de pactis, quod cessat in piis  
causis. l. licet C. de pactis. (6.) Donatio ad pias causas facta  
non infirmatur nec insinuatione opus habet l. si unquam C.  
de

de rev. donat. (7.) Mulier quæ alioquin in testamento non potest esse testis *l. qui mulier ff. de testam.* in testamento tamen pia causa non vetatur testimonium dicere, sic & in ultima voluntate patris inter liberos tenet, ut colligunt DD. in *Auth. quod sine subscriptione C. de testam. Bart. in l. i. ff. de banor. possess.* (8.) Si quis ex sua materia domum ædificat in alieno solo, illius fit dominus Jure Gentium, cujus est solum. *§ ex diverso Inst. de rer. divis. l. in tantum ff. eod. tit.* quod cessat in piis causis (9.) Qui rem aliena pecunia emit, suam facit *l. si ex ea C. de rei vindic. l. si patruus C. comm. utriusque judicii*, quod cessat in piis causis, si nimirum pecunia Ecclesiæ aliquid est emptum *arg. l. si ut proponis C. de rei vind. arg. cap. 1. de peculio cleric.* (10.) Locus est pœnitentiæ in contractibus innominatis *l. 1. ad finem ff. de rerum permutatione*, quod cessat in piis causis ad contractum innominatum reductis *l. si quis pro redemptione C. de donat.* (11.) Mandatum morte mandantis, si modo res est integra, jure communi finitur. *§. si adhuc retinet. f. de mandat. l. mandatum C. eodem tit. capit. mandato de procuratoribus*, quod secus in favorem piarum causarum *Auth. si qua mulier in fin. C. de Sacros. Eccles. cap. exiit, qui seminat, de verb. signif. l. 6.* (12.) Jure communis est, quoties duobus res in solidum venditur, eum, cui prius tradita est, potiores esse, quamquam alteri prius vendita sit *l. quoties C. de rei vindic. l. si ea res §. uterque ff. de action. emt.* quod cessat, si Jure pii loci aut ab aliqua Ecclesiastica persona quid vendatur, tunc is est dominus, qui prior emit, à piis enim causis abesse debet elusio *cap. Mulieres de Jud. in 6to.* (13.) Legatum hoc anno vel hoc mense relictum non recte petitur de Jure communi, nisi omnibus mensis vel anni præteritis partibus. *l. qui hoc anno ff. de verb. oblig. quod cessat in legato ad piarum causas l. si ita fuerit libertas relictæ ff. de man. test.* (14.) Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium de Jure Civili opponitur *l. si contractibus C. de*

*non num. pecun. ff. de lit. oblig.* in piis causis vero & post biennium & semper, creditori enim hoc casu incumbit probatio pecuniam in usum pii loci fuisse conversam. *Nov. 7. §. nos igitur.* (15.) Legatum quod factum est sub conditione, si legatarius interim pendente conditione aut moriatur aut libertate privetur, extinguitur & nunquam reviviscit *l. intercidit ff. de cond. & demonstr.* quod secus in legatis ad pias causas, quæ reviviscunt sublato impedimento *l. Aristo ff. de manum. testam.* (16.) Legatum sub modo relictum, jure communi peti non potest, nisi præstita sit cautio de implendo modo *l. quibus diebus §. fin. de cond. & demonstr.* alias amittitur legatum *l. 1. C. de his que sub modo*, quod cessat in piis causis *l. libertas que §. hac scriptura ff. eodem tit.* (16.) Cum notæ non sint literæ, ideoque testamentum notis scriptum non valet *l. sed cum patrono §. ult. ff. de bonorum poss.* aliud in piis causis ubi per notas designata ultima voluntas ad instar testamenti militis subsistit. *l. Lucius Titius ff. de mil. testam.* (18.) Si duo sunt facta testamenta, sed non satis apparet, quodnam sit prius, quodnam posterius, tunc illud censetur posterius, in quo quid ad pias causas fuit relictum *l. hac consultißima in princ. C. de testam.* (19.) Jure communi quando hæreditas nondum est adita, legata non debentur *l. si nemo ff. de testam. tutel. l. eam quam C. de fideicom.* aliud in piis causis (20.) Non valet legatum incertum relictum, sicut nec stipulatio talis incerta subsistit *l. si Titia cum testam. in pr. ff. de leg. 2. l. si ita stipulatus fuero de sibi in pr. de verb. oblig.* quod vero cessat, si testator in legato ad pias causas nullam quantitatem nullamque quod legaverat corpus aut aliam rem expresserit, hoc enim casu certa aliqua quantitas pro modo facultatum testatoris æstimatione Judicis definiri potest. *l. quidem in testam. ff. de leg. 2.* Sic & valet legatum incertum favore alimentorum..

§. XIV. Ne Legatorum à principe, sive ab aliqua civitate missorum sive eorum qui judicandi causâ in provinciam



vinciam destinati sunt, vel testimonii causa vocati, vel illorum, qui ob aliam certam causam in certa provincia occupati, impediuntur negotia, datum his personis fuit beneficium, quod dicimus, Jus revocandi domum, i. e., possunt petere, ut causa remittatur domum, propter quam alibi conveniuntur, ut in domicilio ordinario *l. 2. §. legatis ff. de Jud. cap. ult. de foro comp.* Sic legati non possunt auctoritate repressaliorum detineri in *dict. l. §. Legatis.* repressalia enim sunt, quando Princeps aut civitas Jus detinendi personas, aut earum res concedit *vid. Bart. in tractatu quem de repressaliis scripsit;* sed videamus exceptiones aliquot (1.) Legati coguntur Judicium pati ex delicto in legatione commissio *l. non alias §. legatis ff. de judic.*; Quia ad agendum, non ad delinquendum missi; imò ipse princeps in alieno degens, multo magis ergo legatus puniri poterat. (2.) Legati conveniendi sunt in fore contractus, si tempore legationis contraxerint, ne habeant licentiam contra æquitatem, res alienas sub hac specie domum auferendi. *l. si legationis ff. de Judic.* (3.) In causis arduis & actionibus tempore perituris cessat hoc privilegium, hoc enim jus revocandi domum debet procedere sine damno creditoris aliusque, alias Judicium in longius protraheretur *l. 2. §. sed si dubitetur in fin. ff. de Judic.* quoties enim res urget ut ad prætorem veniamus cogendi sumus *arg. l. ult. in fin. ff. de feriis vid. & cap. oblatæ nobis in fin. de appell.* (4.) Legati perfecta legatione aliquandiu subsistentes, conveniuntur *dict. l. 2. §. legatis*

§. XV. Inter Miserales personas, ægroti, pupilli, viduæ, cæci, surdi, muti, leprosi, furiosi connumerantur, insuperque, quænam miserales personæ sint, arbitrio judicis definitur, *conf. cap. ex tenore de for. comp.* Naturali equidem Juri convenientissimum erat, succurrere illis, qui miseria summa vel sexus vel ætatis vel infirmitatis oppressi sunt, hinc concessum constitutumque legibus (1.) Quid hæc

hæ personæ possint quidem alios apud Principem convenire, sed non ipsæ ab aliis conveniri *l. 1. C. quando Imp. inter pupill. & vid.* (2.) Jure communi regulariter per viam exceptionis vel appellationis ad principem vel alium superiorem judicem confugimus *l. nemo C. de Jurisd. omn. Judic.* at vero causæ miserabilium personarum ad consistorium Principis per nudam supplicam evocari, ibique tractari possunt, inde & hoc forum, pendente alibi lite, eligunt, quod si tamen in ordinario foro lis jam tum incepta, juramentum perhorrescentiæ præstent.

§. XVI. Insignia sunt, quæ creditoribus competunt, privilegia: quod si ex primis Juris Naturalis fundamentis rem hanc examinare velis, æquum videbatur, ut in concursu omnes creditores pro rata admittantur, nisi forte ratio temporis & regula communis attendenda sit, qui prior est tempore, potior est Jure, at verò leges civiles nimium quantum ab hac regula recedunt, uti totus de privilegiis credit. tit. abunde demonstrat; In concursu autem creditorum vocantur (1.) Qui Singulare Jus prælationis habent. (2.) Qui habent hypothecam cum personali privilegio conjunctam, nam hi etiam anterioribus hypothecariis præferuntur *per l. 7. C. qui potiores in pign. Nov. 97. cap. 3. pr.* (3.) Simples hypothecarii. (4.) Privilegarii, qui tantum personale privilegium habent. (5.) Reliqui creditores simplices, qui secundum proportionem geometricam concurrunt.

§. XVII. Privilegia, quæ bonarum literarum Professoribus & Studiosis de Jure competunt expressit Fredericus in *authent. habita C. ne filius pro patre*, hujus laudatæ constitutionis ut plurimum tria capita à doctoribus referri solent, quorum primum est, quòd omnes qui studiorum causa peregrinantur à vectigalibus aliisque muneribus & quæ peregrinis alias inbumbere solent, oneribus sint immunes. Secundum caput est, quòd repressalia contra Studiosos exerceri non possint, ob summum iterum erga literas favo-





favorem, iniquum enim erat illos propter delictum alienum onerare velle, qui superatis studiorum molestiis, haustisqve rerum divinarum humanarumqve principiis rempublicam quondam regere & ornare debebant. Tertium, quod Studioso detur optio, si quis ei litem inferat, utrum apud Professore, cujus collegia frequentat, an vero apud ordinarium Judicem seu magistratum conveniri velit, hodie tamen cessat hæc eligendi potestas, postquam propter juramentum vel stipulationem Magnif. Rect. præstitam, Studiosi non nisi in foro Academico conveniuntur, cæterum Dn. Professorum jura eleganter demonstrat *Dn. Zaunschliffer speciali dissertatione de Professoribus.*

§. XVIII. Multa militibus beneficia jura nostra passim tribuunt, *Conf. leg. scimus in princ. C. de Jure deliberrandi.* (1.) Milites non alibi quam apud magistratum militarem conveniuntur *l. mag. C. de Jurisd.* (2.) Pacta circa viventis hæreditatem, quæ fiunt de succedendo, etsi Jure civili sint nulla, inter milites tamen valent & instar ultimæ voluntatis sunt. *l. 19. C. de pactis. Carpzov. 2. c. 3 §. d. 20.* (3.) Testamentum militum, licet jure communi factum, per quærelam inofficiosi testamenti impugnari nequit *l. 9. l. 24. C. de inoff. testament.* si vero istiusmodi testamentum jure militari factum, etiam intra annum post missionem subsistit *l. 8. §. 4. ff. de inoff. test.* In testamento militis multa porro plane Singularia existunt, Singulare enim est, (4.) quod possit testari miles ad mortem damnatus, modo sententia condemnatoria hoc permissum, *l. 32. §. 8. de donat. inter vir. & ux. & condemnatus sit ex delicto militari (non communi) quod fidem sacramenti non rumpit l. 12. pr. §. fin. de bon. castrens. l. 11. ff. de testam. mil. quin mutus heic & surdus sine speciali concessione citra formam aliquam testari possunt §. 11. 7. de testam. mil. l. 10. C. de testam. (5.) Militibus Jus ignorare licet, *l. 1. C. de Jur. & facti ignor.* (6.) Milites qui per errorem juris allegationes, & exceptiones peremptorias, sive conventi fuerint ab aliis sive*



sive ipsi contra alios agant, prætermiserint, possunt eas post sententiam, sed tamen ante ejus executionem proponere *l. i. C. de Jur. & fact. ign.* (7.) Miles testari potest per scripturam, quæ etiam in vagina aut clypeo literis sanguine rutilantibus aut in pulvere gladio notata, sufficientem facit probationem, Conf. *Carpzov. lib. 6. tit. 2. Resp. 14. num. 3. vid. l. 15. C. de testam. militis.* (8.) In militum armis nec tacita hypotheca locum habet, nec executio fieri potest Conf. *Carpzov. part. 1. const. 29. def. 31. num. 1.* (9.) Milites armati licet prorsus solvendo non existant, capi tamen, carcerari & personaliter detineri nequeunt, *Carpzov. part. 1. const. 30. def. 10. num. 1. 2.* (10.) Militibus tempore expeditionis publicæ dormit præscriptio *Carpzov. part. 2. decis. 116. num. 19.* (11.) Veterani horumque liberi primi gradus i. e. filii non afficiuntur pœna metalli vel operis publici, vel fustibus caduntur; sed relegantur potius, nisi atrocitas criminum aliud exigere videatur *l. 1. & 3. ff. de privil. Veter.* ratio ejus rei in honore veteranorum collocatur *l. honor. C. de panis*, inde milites etiam nostri temporis torqueri nequeunt, quod tamen intelligendum est, si sint Equites & capitanei & militari virtute nobiles, quod autem non accipiendum de militibus vulgaris conditionis, aliisque, qui sese milites profitentur *Carpzov. pract. crim. part. 3. quest. 118. num. 72.* Id quidem verum est, quod milites ratione delicti perpetrati apud magistratum suum militarem conveniri debeant, nec à Judice loci, in quo perpetratum fuit delictum, puniri possint, verum id non est generaliter accipiendum, sed restringendum ad delicta levia solum militiam concernentia, puto si milites arma vendiderint, excubias deseruerint, à castris emanserint, aufugerint, neutiquam vero aut raro de delictis communibus sentiendum.

§. XIX. De Monopoliis lata est inter Dd. discussio, an Princeps hoc monopolii Jus in unum forte civem, qui certum fructuum vel aliud commercii genus solus sit ven-



venditurus, concedere possit. Plerisque monopoliorum  
 nomen valde exolum ac multarum civitatum legibus id no-  
 tatum deprehendimus, inter gentes tamen inter se injustum  
 dicere non possumus, si is qui emit certa fructuum genera  
 populus paratus sit, aliis æquo pretio eos vendendi, præ-  
 cipue ubi aliarum gentium non multum intererat, à quo  
 emanat, quod ad naturæ desideria attinet *Grotius de Jure belli  
 & pacis lib. 2. cap. 24.* Neque etiam talis solertia negotiandi  
 unius gentis, quæ tamen aliis gentibus simile jus emendi  
 non adimit, monopolium rectè dicitur, sicuti quoque pro  
 monopolio non reputandum, si unus civis in aliqua urbe cer-  
 tum mercium genus solus norit conficere, aut si quis in agro  
 certum fructuum genus solus habeat, aut si quis ex remota  
 aliqua regione solus quasdam merces advehat, modo reli-  
 quis non sit prohibitum, quo minus & ipsi illas eodem pe-  
 tant *Dn. Pufendorff. de Jur. Nat. & Gent. lib. 3. cap. 5. §. 7.*  
 Quare & conventio talis pluribus ita paciscentibus, quod  
 certò rem pretio vendere velint, in se illicita non est, nisi,  
 quatenus propter interesse publicum aut communem ven-  
 dendarum rerum indigentiam, tale quid prohibeatur, aut  
 pretium inter illos socios conventum plane sit injustum;  
 talis vero concessio, ut ab uno aut certis solum res quædam  
 vendantur, reliquis à libero commercio plane exclusis na-  
 turali æquitati repugnare, ac perniciosa esse videtur, ideo-  
 que non immerito Jure Civili & Publicis Imp. nostri legibus  
 prohibita. *101. tit. C. de monopolis Nov. 122. cap. 1. ordin. polit.  
 de anno 1577. tit. 8. & tit. 37. Pufendorff. de Jur. Nat. & Gent.  
 lib. 3. cap. 3. §. 11. 12. 13. 14.* His autem præsuppositis non du-  
 bitandum, quin Princeps per contractum Jus monopolii in  
 civem devolvere possit. *Mol. tract. de J. & Jure disp. 345.*

§. XX. An & quatenus hæc privilegia per indicem  
 saltem exposita in ipsa natura seu naturæ jure fundamentum  
 aliquod habeant, disquiri omnino meretur; si ingenere  
 hæc rem decidere velimus, dici poterat, omnia hæc privilegia

D

cx

sunt eas  
 rationem  
 res testari  
 ut clypeo  
 notata,  
 6. tit. 2.  
 litum ar-  
 tificio fieri  
 )Milites  
 men, car-  
 u. part. 1.  
 editionis  
 116. num.  
 filii non  
 libus cer-  
 riminum  
 ratio ejus  
 de panti,  
 ut, quod  
 ei & mi-  
 dum de  
 lites pro-  
 72. Id  
 erpetrati  
 cant, nec  
 puniri  
 am, sed  
 ertentia,  
 erint, à  
 raro de  
 d. disce-  
 e civem,  
 olus sit  
 ven-





ex principiis Juris Naturæ fluere, cum hoc ipsum Sacrosanctum jus abunde in dicit magistratui & Summam potestatem habenti parendum esse; at vero, si accuratius ea res determinetur, naturalis æquitas suadere videtur, ut sola saltem privilegia *Min. Sedi Maced. Restit. in integrum, valendariorum, Miserabilium personarum & piarum causarum* ad Jus Nat. transferamus, non enim assentior illis, qui hoc in casu ad justitiam attributricem, tanquam virtutem discrepantem à Jure Nat. confugiunt. Cætera vero privilegia potissimum utilitatem publicam respiciunt.

§. XXI. Visis nunc privilegiis, lustremus jam alias Species Juris Singularis extra nostrum corpus juris receptas, non quidem in universum omnes, sed nonnullas solum, inter quas refero (1) Communionem bonorum inter conjuges in vicinia, eorumque in vicem ab intestato successionem nullis existentibus liberis, hic quoque certo modo vigentem *vid. cap. 14. Ordinationis Schaumburgica pag. 56.* (2) *Leibegenschafts-Recht*, quod in comitatu Ravensb. Episcopatu Osnabr. & Monast. est in observantia. (3) Quod alicubi coram paucioribus, quam septem testibus, imo secundum Jus Canonicum coram duobus liceat testari. (4) Quod Mulieres quibusdam in locis, non habeant legitimam standi personam in Judicio, sed instar Minorum adhibitis curatoribus litigare teneantur. (5) Quod prævia una peremptoria reus sæpius citetur. (6) Jus retractus ob vicinitatem, quod ubivis non est receptum. (7) Exemptionem agentis in puncto matrimonii à juramento dandorum in Hælia receptam, quæ exemptio uti stricti interpretationis est, ita ad defensivales & juramentum respondendorum haud est extendenda. (8) Exactionem usurarum in Hælia ultra alterum tantum, in quo aliisque punctis & observantia loci, & hac deficiente, ratio Juris Communis attendi debet. (9) Observantiam illam in nonnullis locis

vi.



vigentem, ubi in criminalibus rei ad libellum jurato responderere debent. (10.) Jus detractus & heic loci receptum decimum, sextum, vel quartum obulum concernens *cap. 15. Ordin. Schaumb. pag. 64.* quod vero jus cessat in linea ascendenti & descendenti; *ibid.* (11.) Ipsum Jus Canonicum in ea parte, in qua non est receptum, verbo, qualibet statuta ac constitutiones locorum, aut territorii particulares, huc referri poterant in quibus Giesebertus speciali quodam tractatu occupatus est.

§. XXII. Quod attinet ad varia locorum statuta, brevissimis nonnulla curiosa refero ex Jure Statutario Grönningæ & Ormlandiæ, quod jus vocatur in lingua Hollandica *Dat nye Landrecht van Hunsingo &c. der Stadt Grönnigen ende Umlanden tuschen de Embs ende Lawovers.* vid. de pactis dotalibus *lib. 3. §. 5.* hujus Juris; ubi dicitur, neminem posse pacta dotalia rite inire, nisi sit minor 25. annis, & quidem cum consensu agnatorum, (verba) *ghen personen beneden hoer vyf en twintich Jahren mogen bundige bilicks vor worden (pacta dotalia) macken buten consent der Vrunden van recht darby behörende.* In §. 7. ejusdem capituli; Liberis absque parentum consensu matrimonium contrahentibus, ne quidem legitima debetur, ideoque parentes bona sua planè in extraneum possunt transferre, liberorum vero interest, si parentes testamentum non fecerint, tunc enim post eorum mortem tam patèrna quam materna vindicant, (verba) *Die Vader ende Moeder sint niet schuldig hoer ongehorfame Kinderen wat te geven die buten hoer consent ein bilick (matrimonium) hebben gedahn, nochtans nah der Olderen doct egenfè dann ock hoer gut toe rechtes discretie.* Pacta dotalia secundum jus Grönningæ & Ormlandiæ inter annum & 6. hebdomades sigillò & scripturâ confirmantur, hocque neglecto, propter moram contrahentium, ipso jure sunt nulla §. 10. ejusdem *cap. (verba) alle bilicks vor worden, die binnen dat Jahr unde 6. wecken nah olden gebruck, met unstrafflich segel unde brieft*



niet beſteiget worden, ſo dat geſchiede by verſummiſſe der Par-  
ten, ſullen darnach Krachtlos unde van gehner vverden vveſen.  
De Pupillis, tutoribus & curatoribus, van unnöſele Perſonen  
unde hoer Mombers, id ſtatuit Jus allegatum Grönninganum &  
Oml. tres ſimul perſonas conſtitui debere, unum curatorem,  
& duos tutores ad tuendos eos, qui per atatem ſe nec  
defendere, nec rebus ſuis præeſſe poſſunt, (verba) *War  
olderloſe unde unjährtige Kinderen ſind, ofte anders unſinnige,  
unde dergelycke menſen die Mombers bederven, dar ſal dat rechte  
toe verkieſen, unde ſeiten drie Perſonen, als enent Vormunde  
unde twee Vochten ehrliche und bequame Mannen. Tuto-  
res juramento ſuo obſtinguntur uſqve ad annum 25.  
Munus hoc continuare, §. 35. lib. 3. Die Mombers van  
unmundighen Kinderen ſullen in den Eedt blyven van der tydt dat  
de Kinderen ſind gkomen tot hoer XXV. Jahren voll. Notum  
porro eſt, Majores 25. annis poſſe reſtitutionem in integrum  
petere ad annum trigefimum uſqve, gaudent nimirum be-  
neficiö reſtitutionis in integrum intra qvatuor annos, poſt-  
quam Majorenes facti ſunt, qvodo vero ceſſat in §. 38. lib. 3.  
diſti Juris Grönn. & Oml. (verba) *Is dar wel in ſynen un-  
mundighen Jahren van yemand verkortet, unde deſhalven re-  
ſtitutie nemen wil, die ſal dat moeren mit rechr inſorderen, war  
die tydt ſyner wetenſchafft, dat he bekortet is, binnen rwe  
Jahren, nab der tydt, dat, he tot ſynen vullenkomen Jahren ge-  
komen is. §. 42. lib. 3. Duo teſtes ſufficiunt ad confirman-  
dum teſtamentum (verba) ſal moeren laten beveſtigen, unde  
verſeghelen van rwe Perſonen een unſtraſſlick Segel voerende.  
In ſucceſſionibus ab inteſtato filius duas accipit portiones,  
filia unam §. 49. lib. 3. Stervet nu yemand, und Kinderen van  
ſick nalatet, ſo untfangen de erſniffen die ſelve ſyne Kinderen  
unde Soens ſollen mogen toctaſten mit rwe handen, unde de Tocht-  
ers allene mit ener hand. &c.**

Caput



## Caput III.

# De Speciebus, quæ Juris Singularis esse videntur & de Singularibus Juris.

### CONSPECTUS.

- §. I. *Connexio Materia.* si testator domicilium mutaverit.
- §. II. *An id jus singulare sit dicendum, quod ratione naturali destituitur.*
- §. III. *Hujus demonstr.*
- §. IV. *Uterius Juris Singularis descriptio.*
- §. V. *Subjunguntur quedam species, quæ juris singularis esse videntur.*
- §. VI. *Singularia juris an jura Singularia.*
- §. VII. *De Monasterio.*
- §. VIII. *De Substitutionibus.*
- §. IX. *Singulare de lupis.*
- §. X. *De morte condemnato.*
- §. XI. *De iis, qui per gloriam in æternum vivere intelliguntur.*
- §. XII. *Mulier commisso adulterio, non semper amittit dotem.*
- §. XIII. *Legatum parochiali Ecclesie factum, nisi debeatur,*
- §. XIV. *De herede fiduciario.*
- §. XV. *De Vasallo, de Procuratore & de litigante.*
- §. XVI. *De Actione hypothecaria.*
- §. XVII. *De Fecunditate mulieris.*
- §. XVIII. *De Evictione.*
- §. XIX. *De Moribundi confessione.*
- §. XX. *De Litis denunciatione in casu evictionis.*
- §. XXI. *De certo quodam legato occasione l. 13. ff. de rebus dubiis.*
- §. XXII. *De Effectu cessæ actionis per creditorem fidejussori factæ.*
- §. XXIII. *Dn. Pagenstecheri opinio de conditione in debiti.*
- §. XXIV. *Certum statutum Beronicense.*

§. I.



## §. I.

**S**eposita nunc in antecedentibus præcipuâ Juris Singularis parte, progredimur meritò ad alias quasdam species, quæ juris singularis quidem esse videntur, ast eò nequam pertinent, idque eò in finem, ut natura ac proprietates juris singularis inde clariùs appareat.

§. II. Itaque id neququam Jus Singulare dicendum esse, quod ratione naturali destituatur, non tantum ex collatione l. 14. 15. & 16. ff. de LL. cum antec. lege 12. & 13. ff. eod. ubi de extensione juris communis ex identitate rationis agitur, eaque in sequentibus Juri Singulari denegatur; sed ex inscriptione omnium harum legum luculenter patet, sufficit enim ad Jus singulare, solam subesse utilitatem publicam, juri communi adversam, quapropter, quod jus nulla prorsus ratione, neque etiam utilitate publica nititur, nomen juris non meretur.

§. III. Defectus solus rationis naturalis, si jus singulare constitueret, sequeretur jus ipsum civile Jus singulare esse, imò multa in judiciis recepta ad Jus Singulare referenda esse, quæ tamen ob communem ubivis receptionem nomen juris communis retinent.

§. IV. Jus ergo singulare aut debet esse contra tenorem rationis & civilis & naturalis simul, aut juri communi positivo i. e. rationi civili tantum repugnare, & ratione quadam nimirum publica utilitate sustineri.

§. V. Hinc non possumus Juri Singulari accensere usucapionum & præscriptionum jus, judicatum etiam injustissimum, appellationum fatalia, tam interponendæ quam introducendæ, processum ordinarium in omnibus ejus partibus, variumque in possessorio procedendi modum; sic lata sententia ex albo nigrum & ex nigro album facit, similiaque, quæ rationi naturali quidem repugnant, juris singularis tamen partem non constituunt, etsi naturali ratione careant, quo-





quoniam ea omnia ex ratione quadam civili sustinentur, quod jus igitur à jure communi in Imperio recepto non recedit, singulare dici nequit, alias omnia jura nostra Juri Naturæ adversa, singularia nuncupanda essent, uti in § *ante* dictum est; possent quidem multa alia hîc recenserî: at vereor, ne dissertationis mensuram excederem, adeoque ad nonnulla singularia juris paucis coronidis loco me conferam.

§. VI. Ab his, quæ hætenus exposita sunt, recedunt quoque singularia juris, quæ à jure singulari a nobis descripto penitus differunt, aliud enim est singulare quid in se continere, aliud à regulis juris recedere, non omne singulare à regulis juris recedit, bene omne jus singulare; lubet quædam hæc de re ex *Nicolao van der Hooch sive ab Alto Advocato quondam Mechliniensi*, qui centum singularia juris recenset, referre.

§. VII. Singulare juris est, quod ingressus in Monasterium æquiparetur morti naturali; perinde uti mortis causa donatio morte naturali confirmatur, sic etiam ingressus in Monasterium *gloss. notab. C. placuit, caus. 16. quæst. 1. in verb. mortuus*, nam si quis testamentum confecit, & postmodum in Monasterium ingreditur, tunc hæredes scripti statim ejus bona apprehendere & petere possunt, naturali ejus morte minime expectata, cum alias regulariter testamentum non prius sortiatur effectum, nisi testatore vere & naturaliter mortuo *at g. l. Statius Florus 48. §. Cornelio ff. de jure ff.*

§. VIII. In substitutionibus sub hac clausula facta, si hæres meus sine liberis decesserit, Mævius hæres esto, singulare quid est, quod patre & filio vel in naufragio vel in incendio mortuis, ille præ hoc prius mortuus, & heic substitutio evanescere videatur *per l. ex factio 17. §. p. ff. ad Trebell.* Ità enim parentes suos liberos diligunt, ut pro eorum defensione ac conservatione periculo mortis priores se exponere videantur, sic pater plus diligit filiû quam se ipsum. *l. istè*  
quis



*quidam* 8. ff. de eo quod metus causa; Sic in naufragio senex prius ac juvenis, femina prius quam masculus, impubes prius quam pubes mortui censentur. De tortura concludunt Dd. communiter, quod filius prius torturæ sit subji-cendus, quam pater, quoniam hic pro summo in filium studio & amore, quem pater magis quam se ipsum saepe diligit uti mox dictum, facilius, ut à cruciatibus torturæ filium liberet, crimen indicaturus sit.

§. IX. Saepe magistratus in locis, in quibus violentiores ferae solent grassari & habitatoribus multum damni inferre, aliquod præmium statuunt in caput cujusvis ferae capiendæ, ut verbi gratia pro quolibet lupo decem perfolvantur: Quæritur an si lupum cum sobole adhuc lactante, & ad ubera pendente quis comprehendit, pro quovis capite, an semel tantum decem consequi debeat, vid *Baldum in l. fin. num. 6. C. de liber. caus. & Schneidevvin ad Inst. tit. de iur. §. permissum num. 15.* nos posteriorem sententiam amplectimur per *tex. l. sed addes. §. si quis mulierem ff. locati*: Pæcus enim qui ex lacte ita nutrimentum sumit, pars viscerum matris est, & habetur ac si adhuc in utero esset, quod ex eadem fere ratione *Hypol. de Marsil. in l. 1. §. Divus Adrianus num. 8. vers. & facit etiam ff. de quæstionibus per varia allegata confirmat, quod vacca vendita, vitulus quoque, qui est in corpore vaccino, imo & vitulus tenellus, qui herbis nondum pascitur, præstari debeat.*

§. X. Observantia illa, quando meretrix ad mortem condemnatum & ad supplicium ductum, in matrimonium sibi dari postulat, delinquentem hoc ipso liberatura, de consuetudine quidem alicubi, non jure procedit; ad hunc tamen Dd. illam consuetudinem aliquo modo admitti posse, quando reo per tale matrimonium major poena imponitur quam per mortem, alias si ingenere hoc statui velit, hæc consuetudo in summum reipublicæ præjudicium tenderet, & apertam peccandi licentiam involveret, unde certis saltem cali-

casibus hoc jus tanquam singulare quid admittendum puto.

§. XI. Qui pro principe vel republica vitam ac sanguinem suum profuderunt, per gloriam in æternum vivere intelliguntur *l. bello amissi. 22. ff. de excusat. tutor.* Hinc si statuto aliquo cautum fuit, quod in successione patris defuncti, filius secundogenitus præferatur nepoti nato ex filio primogenito ante patrem mortuo, id ipsum in hoc singulari casu restringendum, nepotemque secundogenito præferendum puto, quia pater ipsius in æternum per decus gloriamque vivit.

§. XII. Singulare Jus Romani est, mulierem ratione adulterii à se commissi, non semper dotem amittere, nimirum quando consentiente marito cum alio commercium habuerit *l. quoniam 26. C. de adul.* maritus enim, qui uxoris adulterio connivet, hujus particeps & turpitudinis patronus est *C. 1. c. apud misericordem 32. quest. 1.* Sic & demens fatuusque dicitur, qui retinet in adulterio perseverantem *C. 1. & cap. dixit dominus 32. quest. 1.* Scienti porro & consentienti nullus fit dolus, neque injuria *cap. scienti de reg. jur. in 6.*

§. XIII. Legatum Parochiali ecclesiæ factum, cui ecclesiæ debeatur, si domicilium testator mutaverit, quaritur inter Dd? *Dn. van der Hooch* legatum ad ecclesiam parochialem, in cujus loco testator postremo habitaverit, non vero ad illam, in cujus loco testamentum confici curaverit, pertinere putat; (quam opinionem habe pro singulari.)

§. XIV. Hæres rem, quam alias ex fideicommissio restituere debet hæredi fideicommissario, bona fide ignoranti alicui emptori vendidit: Quaritur an valeat hæc alienatio? *R.* quod sic, nec per fideicommissarium potest retractari, *text. sing. in l. fin. §. fin. ff. de leg. 2. additio ad gloss. ordinariam in l. ult. §. ult. C. communia de leg. ad verb. celebrata;* hæres

E

vero

vero alienans, illud, quod ad se pervenit, fideicommissario, juxta *Bartol. in d. l. fin. §. fin. ff. de leg. 2.* tenetur restituere: Porro hoc casu contra alienantem ad pretium & ad omne etiam lucrum, fideicommissarium agere posse dicit *Francisc. Vivis. decis. Reg. Neapol. 262. num. 25.* Si vero hæres fuerit in mala fide, fideicommissarium rei vindicationem posse intentare, probat. *l. ult. §. fin. autem C. comm. de legatis.*

§. XV. Vasallus ad servitia domini vadens, itinere spoliatur, quæritur an dominus teneatur restituere ablatum? Sic procurator dum exequitur mandatum, spoliatur, & res ejus pereunt, quæritur num teneatur mandans has compensare? Item unus litigantium in latrones incidit, dum ad judicium proficiscitur, ita ut supellecilem & pecunias amittat, quæritur an adversarius ad resarciendum interesse sit obligatus? *Dn. van der Hooch in tr. de singul. jur. pag. 49.* ex allegatis variis auctoribus, nec dominum, nec mandantem, nec adversarium teneri respondet: quia casu fortuito evenit.

§. XVI. Pro hæreditaria parte, cum legatum est dividuum, hæredes ad ejus satisfactionem tenentur, & pro iis, qui solvendo non sunt, non onerantur. *l. legatorum 33. ff. de leg. 2. l. solent 3. ff. de aliment. & cibar. legat.;* Hinc quæritur Legatarii actione hypothecaria hæredes conveniunt, an teneantur pro illo, qui non est solvendo? *Dn. van der Hooch* respondet, quod non, actionem enim hypothecariam non competere, nisi pro illa parte, pro qua competat personalis. *text. express. & singul. l. omne verbum C. comm. de legat. & ibi communiter Dd. conf. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 1. cap. 12. num. 7.* Insuper quoque notum est, quod ob alia defuncti debita pro rata portionis suæ hæreditariae regulariter hæredes conveniantur, ratio, quia inter illos ipso jure divisa est obligatio *l. pro hæreditariis 2. C. de hæredit. acta.* Ideoque pro iis, qui non solvendo efficiuntur, non teneantur cohæredes *Bald. Salicet. ad l. fin. C. de depositi.* Obligationem illam

illam inter cohæredes ipso jure divisam esse, adeo verum est, ut quæquam testator unum cohæredum gravaverit, ut nimirum ipse solus totum debitum solvat creditori, creditor tamen non potest in solidum contra hunc agere, sed potius pro parte contra omnes reliquos cohæredes, quia obligatio per legem est divisa; Interim tamen in hoc casu ceteri cohæredes pro suo interesse contra gravatum agunt *l. servo legato, 69. §. si testator ff. de leg. 1. conf. not. & commentat. Bald. Paul. Imole, & communiter Dd. qvi textus plane est singularis.* Duos casus notat *Dn. van der Hooch* in quibus præmissa fallant (1.) in causa dotis, si testator unum hæredem gravaverit, ut uxori dotem restituat, tunc eum in solidum conveniri debere *l. cum ab uno § 3. ff. de leg. 2.* (2.) Cum hypothecam vel pignus à defuncto constitutum aliquis cohæredum possideat, solum possessorem tum jure posse conveniri, *d. l. probædilitariis C. de hæreditat. act. Anton Faber in C. ad vit. de pign. defun. §. obligationem enim pignoris individuum esse l. rem hæreditariam 65. ff. de civilt. Joan. Gallus quest. 64.*

§. XVII. Non raro contingit, disputari super hominum voluntate & dispositione, principaliter eo casu, ubi mulier plures liberos uno partu edit: Exemp. gratia, quidam habens gravidam uxorem, ignorans, an filiam an filium paritura esset, testamento in omnem eventum prospicere volens, ita condidit testamentum: Si filius mihi natus erit, hæres esto, si duo filii ex æquis partibus hæredes sunt, si duæ filia, similiter, Si filius & filia, filio duas partes, & filia unam assigno; Accidit, ut nascerentur filia & duo filii, de quo casu testator non cogitavit, neque mentionem fecit, quæritur quomodo hæreditas dividatur in hac facti specie? *Paulus id eleganter decidit in l. clemens patronus 81. ff. de her. inst. in princ. cum filii inquit, debeant pares esse vel etiam singuli duplo plus quam soror accipere; quinque igitur partes fieri oportet, ut ex his binas masculi, unam femina accipiat; Sic est, Paulus enim mentem ac intentionem testatoris sequitur, & quia*

testator hoc casu magis masculino quam foemineo sexui favere voluit, ad ejus voluntatis mensuram sententiam suam in d. l. clemens patronus adaequavit.

§. XVIII. Singulare Juris Romani est, venditorem, licet cum emptore expresse convenerit, se non praestitutum rei venditae evictionem, nihilominus pretium re evicta refundere debere l. emptorem 12 §. fin. ff. de actione empt. & vend. At vero si inter cohæredes sit dictum, ne de evictione quis teneatur, tunc propter dubium eventum & propter vicissitudinem inter ipsos cohæredes, neminem teneri ad pretium, quælibet enim videri periculum suæ portionis hæreditariæ in se suscepisse gloss. quæ singularis & eximia in l. si familia 14. C. famil. erciscund. quam glossam multum commendat. Bart. ibi num. 1. illamque notar, & menti tenendam tradit Fernand. Vasquius controvers. jur. lib. 6. cap. 68. num. 12. Costal. ad l. ex empt. 11. §. qui autem ff. de act. empt.

§. XIX. Confessio facta in extremis magni est momenti, imo ipsa mors est famosi magnique effectus, ideoque si meta vitæ instat, & ad æternitatem tenditur, non praesumitur quis mentiri, neque salutis æternæ immemor esse, l. cum quis decedens 35. §. codicillis ff. de leg. 2. c. sancimus 1. quæst. 7. c. literas X. de presump. Sic constitutum est, ut, si juramentum per defunctum sit oblatum ei que delatum, pro praestito habeatur, eo quod mors non minorem fidem, quam corporale juramentum mereatur. Andr. Gail. pract. obs. 43. num. 2. lib. 2. Item idem allegatus autor d. obs. 43. num. 6. Singulare quid fovet, librum rationum vivo scribente cum juramento probare, imo probare non minus mortuo scribente, eo, quod mors habeat vim juramenti, & non sit verisimile morientem falsam reliquisse scripturam; At, ut verum fatear, regulariter praesumptio allegata veriloquii, in eo qui est mortui vicinus non habet locum, ubi nimirum de praesudicio alterius, cuius est quaesitum, agitur, nemo enim sic praesumitur bonus, qui in praesudicium alterius quid non sit facturus, nam faci-



facile invenirentur, qui salutem animæ ad ditandum suos ex alienis rebus impenderent, *Jac. Menoch. lib. 5. præsumpt. 5. n. 17. Alciar. tract. de præsumpt. 4. num. 2. vers. adverte tamen*. Hinc & dura est illorum sententia, qui statunt, si mulier ita condiderit testamentum, dixeritque, se dotem suam Cajo legaturam, quod ex hoc dicto & relicto statim dotata fuisse præsumatur; licet enim vicinus morti, aliquem suum debitorem esse, confessus fuerit, tamen hæc confessio asserto debitori nullum præjudicium facit. *per l. rationes, & auct. quod locum, si idem, Dd. C. de probat. Perr. Peckius ad C. cum sunt partium, in verb. in reo favendum, de reg. jur. in 6. Dd. in l. si quis in gravi ff. ad Syllaniam.*

§. XX. Emptor venditorem ex natura venditionis de rei evictione habet obligatum *l. non dubitatur 6. C. de evict.* venditorem enim oportet tradat vacuum rei possessionem, & emptorem indemnem conservet, nam venditor dominus efficitur accepti pretii, & sic vicissim rei dominium vel evictionem synallagmatis ratione hoc nomine præstare tenetur, attamen hoc non obstante emptor de Jure Romano litem esse motam venditori debet denunciare, ut causæ assistat *l. emptor fundi 8. C. de evict. l. si parentes. 20. si permutatio 29. C. eod. tit.* Hæc denunciatio vel ipsi venditori, hoc vero sine dolo absente, vel familia, vel procuratori, si aliquem habet, vel saltem amicis, debet fieri *Aufrer ad decis. Capell. Tholof. 407. in fin. gloss. in l. aut qui aliter §. & si forte ff. quod vi aut clam.* Alioquin si emptor in hoc negligens fuit, dolus in illo præsumitur, *l. si fundo 53. ff. de evict. Jacob. Menoch lib. 5. præsumpt. 3. num. 68.* & sic venditor non tenetur de evictione. *d. l. emptor fundi.*

§. XXI. Testator apud Cajum deposuit ducenta, & postmodum ita legat, Cajo cum ducentis, quæ apud eum deposui, do lego trecenta, quaritur an legatarius præter depositum adhuc centum, an vero trecenta consequi possit? *3. trecenta præter depositum optimo jure prætendit;* duæ enim distinctissimæ summæ per conjunctionem *cum* sunt  
CON-

conjunctæ, quæ accipitur pro copulativa, & textus singularis & notabilis in *l. is qui ducenta. 13. ff. de rebus dub. in princ.*

§. XXII. Ut cessio actionis à creditore fidejussori fiat, magni interest, Exemp. gr. fidejussor alium habens confidejssorem pro eodem debito, totum debitum ante actionis cessionem solvit creditori, quæritur an dimidium ejus, quod solvit, possit à confidejssore repetere? *R. Quid non l. cum alter. 11. C. de fidejuss. l. ut fidejussor 40. ff. de fidejuss. Negligens enim hoc casu non potest experiri contra confidejssorem, sed incuriæ suæ, damnum quod patitur, acceptum ferre debet, allegatis legibus. Cæterum hæc cessio actionis vel ante solutionem, vel post, incontinenti, vel hoc acto, etiam ex intervallo juxta glos. insignem in *d. l. ut fidejussor, verb. non est per l. cum is qui 37. ff. de fidejussor. l. fidejussoribus 18. ff. eod. l. cum alter. 11. C. eod. tit.* per creditorem fidejussori debet fieri, ad quod & creditor compelli potest *l. sicut eligendi. 21. C. de fidejussor.**

§. XXIII. Quoad conditionem indebiti ratione sceminarum errore Juris solventium, in elegantissimo tractatu de Rebus quotidianis ad pandectarum seriem à Celeber. rimo Dn. Pagenstechero edito p. 113, 114 & 15. Singulare quid invenio, nimirum, quod sceminis errore Juris solventibus conditio indebiti non competat, prout hanc in rem *l. ul. C. de jur. & fact. ign. l. 11. C. eod. l. 9. ff. §. eodem l. 10. C. de jur. & fact. ignor. l. 9. ff. de stat. hom.* allegantur, quoniam vero nec hi textus contrarium evincunt, nec rationis ratio gemina *ex l. 1. §. 5. ff. de post. junct. l. 33. §. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor.* peti potest, permittet mihi Famigeratissimus vir, quando hac in quæstione ab ipso placide discedam; putemque, sceminis errore juris solventibus conditionem indebiti utique competere.

§. XXIV. Coronidis loco hoc singulare ex Dn. van der Hooch refero, excellentem doctrinam habitare personam, alias inhabilem ex statuto: Exemp. gr. *Joan de Imola,*





*Imola*, licet forensis esset Bononiæ, & ad ordinariam lectionem ex statuto non admittendus, ob summam tamen scientiam, lectionem ordinariam obtinuit, licitum enim est ob eminentem hominis peritiam jura transgredi, *l. sed & reprobari 7. ff. de excus. tur.* & refert. Hippolyt. de Marsil. *ad l. unius. §. cogniturum, n. 70. ff. de quest.* quod propter hoc dictum in *l. 7. allegata. Dn. Joan de Imola* Bononiæ fuerit positus ad lectionem ordinariam de mane, quoniam statutum Bononiæ erat contrarium, quod aliquis forensis lectionem ordinariam de mane non posset legere: attamen studii reformatores propter eminentem scientiam ipsius *Dn. Joan de Imola*, illud statutum, uti dictum, sunt transgressi.

Sit igitur huic nostræ Dissertationi  
de Jure Singulare in gloriam Dei

FINIS.

COROLLARIA.

- I. *Lex passionibus peccatorum inseruit, in regentis autem mortua est.*
- II. *Non datur certus numerus articulorum fundamentalium.*
- III. *Jurare in catechesin, est quasi jugum fidelium.*
- IV. *Ad dominium transferendum naturaliter non requiritur traditio.*
- V. *Tutela est Juris Naturæ.*
- VI. *Contractus vi metuque initus nec naturaliter, nec civiliter validam inducit obligationem.*
- VII. *Jus Gentium primævum male sumitur pro Jur. Nat.*
- VIII. *Condictio furtiva quantum ad heredes nec ex quasi contractu oritur.*
- IX. *Fruementum ex alienis spicis excussum, excutienti non acquiritur. diff. Dn. Pagenst. pag. 264. Rerum qvotid.*

X.





- X. *Attributrix Iustitia est Iustitia.*  
 XI. *Antichresis absque pignore stare potest.*  
 XII. *Non tantum verbum (verpfänden) sed & equi-  
 pollentia verba inducunt pignus.*  
 XIII. *Ordinarius & summarissimus processus rei-  
 publicæ parum conducunt.*  
 XIV. *Inter Juris peritum & Jurisprudentem nullam  
 agnosco differentiam.*  
 XV. *Opinio Struvii ff. de Jurej. Exerc. 17. th. 38.  
 de delato juramento judiciali post alterius accepta-  
 tionem non amplius revocando, quam etiam Dd.  
 communiter cum ipsis judiciis fovent, ex alleg.  
 l. ii. C. de reb. cred. & Jurej. non probatur, sed  
 potius contrarium inde, & ex statim annexa hu-  
 jus auctoris limitatione apparet.*  
 XVI. *Beneficium Superioris privilegium quidem, est  
 non omne privilegium beneficium est.*  
 XVII. *Actio rerum amotarum, cum eo quod habetur  
 in l. 71. §. 3. & 4. ff. de Legatis i. & l. 53. ff. de fidei-  
 commiff. libert. Juris Singularis est.*  
 XVIII. *Ex memoria proponere, non est recitare.*  
 XIX. *Barbarismus est dicere, oratio vel disputatio  
 inauguralis.*  
 XX. *J. C. tus Bachovius ad Treutl, vol. i. disp. i. th. 2. lit. b.  
 equitatem clarius meliusque definiit, quam ipse  
 Arist. 5. Ethic. 14.*

Errata potiora obiter notata.

Pag. i. pro anno 1072. legatur 1702. p. 12. l. 12. l. coarctare p. 12.  
 l. ult. l. pecuniam p. 14. l. 27. l. Nov. 4. p. 19. l. 2. l. qui testamento 9.  
 mulier p. 21. l. 16. l. foro p. 22. lin. 32. l. incumbere p. 24. lin. 17.  
 pro l. i. & 3. ff. de priv. veter. leg. l. i. C. de Veteran. p. 25. l. i. pro  
 concedere l. transferre. p. 31. l. 31. l. non videatur.



deat  
 wh  
 ne sig.  
 rgu  
 Jhu





ULB Halle  
004 173 341

3



Sb.

VD 18





Inches  
Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

B.I.G.

Farbkarte #13



4

1702, 5

Statatio Solemnis  
DE  
R E  
GULARI,  
QUAM  
Summo Numine,  
ET DECRETO AMPLISSIMI  
RUM ORDINIS,  
A ERNESTINA HASSO.  
Quæ est RINTHELII ad Vifurgim.  
RÆSIDE  
ERN.KESTNERO,  
ingve Professore Ordinario,  
LICENTIA  
JURE HONORES, immunitates ac  
DOCTORALIA rite capeffendi,  
FICI SENATUS ACADEMICI  
camini submittit  
DUS GOELENIIUS,  
Rinthelienfis,  
m 26. Maji An. 1072.  
temporeque confueto.  
RINTHELII,  
AUGUSTINI ENAX, Acad. Typogr.

